

PROPRIO DE LA MISA

MARTES DE LA III SEMANA DE CUARESMA

Ps. 16: 6, 8, 1

EGO clamávi, quóniam exaudísti me, Deus: inclína aurem tuam, et exáudi verba mea: custódi me, Dómine, ut pupíllam óculi: sub umbra alárum tuárum prótege me. Ps 16: 1. Exáudi, Dómine, iustítiam meam: inténde deprecatiónem meam. *Ÿ*. Glória Patri.

EXÁUDI nos, omnípotens et miséricors Deus: et continéntiæ salutáris propítius nobis dona concéde. Per Dominum.

IV Reg. 4: 1-7

IN diebus illis: Mulier quædam clamábat ad Eliséum Prophétam, dicens: Servus tuus vir meus mórtuus est, et tu nosti, quia servus tuus fuit timens Dóminum: et ecce, créditor venit, ut tollat duos filios meos ad serviéndum sibi. Cui dixit Eliséus: Quid vis, ut fáciam tibi? Dic mihi, quid habes in domo tua? At illa respóndit: Non hábeo ancilla tua quidquam in domo mea, nisi parum ólei, quo ungar. Cui ait: Vade, pete mútuo ab ómnibus vicinis tuis vasa vácuá non pauca. Et ingrédere, et claude óstium tuum, cum intrínsecus fúeris tu et filii tui: et mitte inde in ómnia vasa hæc: et cum plena fúerint, tolles. Ivit itaque

INTROITO

Yo he clamado a ti, Dios mío, porque siempre me has oído benígnamente; inclina, pues, hacia mí tus oídos y escucha mis palabras; guárdame, Señor, como a la niña de tus ojos; a la sombra de tus alas protégeme. Salmo. Atiende, oh Señor, a mi justa causa: acoge mis plegarias *Ÿ*. Gloria al Padre.

COLECTA

Óyenos, oh Dios omnipotente y misericordioso y concédenos propicio los dones de una saludable penitencia. Por nuestro Señor.

EPÍSTOLA

En aquellos días: Vino a clamar a Eliseo la mujer de uno de los profetas, diciendo: Mi marido, siervo tuyo, ha muerto; y bien sabes que tu siervo era temeroso de Dios. Pero ahora viene su acreedor para llevarse mis dos hijos y hacerlos esclavos suyos. Le dijo Eliseo: ¿Qué quieres que yo haga por ti? Dime: ¿qué tienes en tu casa? Ella respondió: No tiene tu esclava otra cosa en su casa sino un poco de aceite para ungrirse. A la cual dijo: Anda y pide prestadas a todos tus vecinos vasijas vacías en abundancia. Entra después en tu casa, y cierra la puerta, estando dentro tú y tus hijos, y echa de aquel aceite en todas estas vasijas, y cuando estuvieren llenas las

múlter, et clausit óstium super se et super filios suos: illi offerébant vasa, et illa infundébat. Cumque plena fuissent vasa, dixit ad filium suum: Affer mihi adhuc vas. Et ille respóndit: Non hábeo. Stetitque óleum. Venit autem illa, et indicávit hómini Dei. Et ille: Vade, inquit, vende oleum, et redde creditóri tuo: tu autem et filii tui vivite de réliquo.

Ps. 18: 13, 14

AB occúltis meis munda me, Dómine: et ab aliénis parce servo tuo. *V̄*. Si mei non fuerint domináti, tunc immaculátus ero: et emundábor a delicto máximo.

Mat. 18: 15-22

IN illo témpore: Dixit Iesus discípulis suis: Si peccáverit in te frater tuus, vade, et córripe eum inter te et ipsum solum. Si te audierit, lucrátus eris fratrem tuum. Si autem te non audierit, ádhibe tecum adhuc unum vel duos, ut in ore duórum vel trium téstium stet omne verbum. Quod si non audierit eos: dic ecclésiæ. Si autem ecclésiám non audierit: sit tibi sicut éthnicus et publicánus. Amen, dico vobis, quacúmque alligavéritis super terram, erunt ligáta et in coelo: et quacúmque solvéritis super terram, erunt solúta et in coelo. Iterum dico vobis, quia si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quamcúmque petierint, fiet illis a Patre meo, qui in coelis est. Ubi enim sunt duo vel tres congregáti in nómine meo, ibi sum in médio eórum. Tunc accédens Pe-trus ad eum, dixit: Dómine, quóties peccábit in me frater meus, et dimittam ei? usque sépties? Dicit illi Iesus: Non dico tibi usque sépties, sed usque septuágies sépties.

pondrás aparte. Se fue pues, la mujer, y se encerró en casa con sus hijos; le presentaban éstos las vasijas y ella las llenaba. Llenas ya las vasijas, dijo a uno de los hijos: Tráeme todavía otra vasija. Y respondió él: No tengo más. Entonces cesó de multiplicarse el aceite. Fue luego ella, y se lo contó todo al varón de Dios, el cual dijo: Anda, vende el aceite y paga a tu acreedor; y de lo restante sustentaos tú y tus hijos.

GRADUAL

Purificame de mis yerros ocultos y perdona a tu siervo los ajenos. *V̄*. Sino dominaren sobre mí, entonces estaré limpio de toda mancha y purificado de los delitos más graves.

EVANGELIO

En aquél tiempo: Que si tu hermano pecare contra tí, o cayere en alguna culpa, ve y corrígele estando a solas con él. Si te escucha, habrás ganado a tu hermano. Si no hiciere caso de tí, todavía válete de una o dos personas, a fin de que todo sea confirmado con la autoridad de dos o tres testigos. Y si no los escuchare, díselo a la comunidad; pero si ni a la misma comunidad oyere, tenlo por gentil y publicano. Os empeño mi palabra, que todo lo que atareis sobre la tierra, será eso mismo atado en el cielo; y todo lo que desatareis sobre la tierra, será eso mismo desatado en el cielo. Os digo más: Que si dos de vosotros se unieren entre sí sobre la tierra para pedir algo, sea lo que fuere, les será otorgado por mi Padre que está en los cielos. Porque donde dos o tres se hallan congregados en mi nombre, allí me hallo yo en medio de ellos. En esta sazón, arriándosele Pedro, le dijo: Señor, ¿cuántas veces deberé perdonar a mi hermano cuando pecare contra mí?, ¿hasta siete veces? Le respondió Jesús : No te digo yo hasta siete veces, sino hasta setenta veces siete, o cuantas te ofendiere.

Ps. 117: 16, 17

DÉXTERA Dómini fecit virtútem, dextera Dómini exaltávit me: non móriar, sed vivam, et narrábo ópera Dómini.

PER hæc véniat, quaesumus, Dómine, sacraménta nostræ redemptionis effectus: qui nos et ab humanis rétrahat semper excéssibus, et ad salutária dona perducát. Per Dominum.

VERE dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper, et ubique grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnipotens, ætérne Deus: Qui corporáli jejúnio vítia cóprimis, mentem élevas, virtútem largírís, et præmia: per Christum Dóminum nostrum. Per quem majestátem tuam laudant Angeli, adórant Dominatiónes, tremunt Potestátes. Cœli, calorúmque Virtútes, ac beáta Séraphim, sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admítiti júbeas, deprecámur, súplici confessiône dicétes:

Ps. 14: 1, 2

DÓMINE, quis habitábit in tabernáculo tuo? aut quis requiescet in monte sancto tuo? Qui ingréditur sine mácula, et operátur iustítiam.

SACRIS, Dómine, mystériis expiáti: et véniam, quaesumus, consequámur et grátiam. Per Dominum.

Oremos. Humillad ante Dios vuestras cabezas.

TUA nos, Dómine, proteccióne defénde: et ab omni semper iniquitate custódi. Per Dominum.

OFERTORIO

La mano del Señor ha mostrado su poder; la mano del Señor me ha hecho triunfar: no moriré, sino que viviré y publicaré las obras del Señor.

SECRETA

Te suplicamos, Señor, que por medio de estos sacramentos participemos del efecto de nuestra redención: el cual nos retraiga siempre de los excesos humanos y nos alcance los dones saludables. Por nuestro Señor.

PREFACIO DE CUARESMA

In verdad es digno y justo, equitativo y saludable, darte gracias en todo tiempo y lugar, Señor, santo Padre, omnipotente y eterno Dios, que, por el ayuno corporal, domas nuestras pasiones, elevas la mente, nos das la virtud y el premio, por Jesucristo nuestro Señor, por quien alaban los Angeles a tu majestad, la adoran las Dominaciones, la temen las Potestades y la celebran con igual júbilo los Cielos, las Virtudes de los cielos y los bienaventurados Serafines. Te rogamos que con sus voces admitas también las de los que te decimos, con humilde confesion:

COMUNIÓN

Señor, ¿quién morara en tu celestial tabernáculo? ¿O quien descansara en tu santo monte? Aquel que vive sin mancha y obra rectamente.

POSCOMUNIÓN

Purificados, Señor, con estos sagrados misterios, haz que consigamos, como te pedimos, el perdón y la gracia. Por nuestro Señor.

ORACIÓN SOBRE EL PUEBLO

Defiéndenos, Señor, con tu protección, y guárdanos siempre de toda iniquidad. Por nuestro Señor.